



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 102. Dominici Ginnesii Cardinalis mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

Apostolicæ obsequia, præcipue dum dis- Sæc. XVII.  
 sidium inter Papam & Magnum Etru- A. C. 1639.  
 riæ Ducem ob Arni fluvii inundationes  
 exortum mira dexteritate composuit:  
 Eius quoque opera feliciter utebatur  
 Gregorius XV. dum Kleffelium Cardina-  
 lem captum sibi tradi, a Cæsaris fra-  
 tribus petebat, misso Viennam Veros-  
 pino, qui Viennenses Magistratus, in-  
 tentata, ni protinus Kleffelium trade-  
 rent, anathematis pœna eo perduxit,  
 ut captum Cardinalem eidem restitue-  
 rent. Tandem obiit Verospinus Romæ  
 die vigesima septima Januarii anno æta-  
 tis octavo supra sexagesimum, sepultus  
 in SS. Triadis Templo in Monte Pincio.

## §. CII.

*Dominici Ginnesii Cardinalis mors.*

Paulopost eadem legis necessitate vi- Ciacon. in  
 vis valedixit Dominicus Ginnesius vita Clem.  
 in patria Romanus, qui utriusque VIII.  
 Jurisprudentiæ laurea Bononiæ deco-  
 ratas, sub Gregorio XIII. Sixto V. &  
 Clemente VIII. Legationibus, aliisque  
 officiis cum summa laude defungeba-  
 tur. Recusabat sibi a Clemente Papa  
 oblatum Thesaurarii Pontificii munus:  
 Sipontinus tamen Archiepiscopus antea  
 renunciatus, & postmodum Cardina-  
 lium Collegio adscriptus solis virtutibus,  
 meri-



Sæc. XVII. A. C. 1639. meritisque Purpuram debuit, quam ut pretiosiore cælo redderet, omne pauperum genus sublevavit in terris, fuitque in sumptu parcus, atque ab omni luxu alienus, ut eo largiore manu Eleemosynas profundere posset: Aluit affligentis ad hoc redivitibus pauperes studiosos numero duodecim, partemque sui Palatii in Monasterium Sacrarum Virginum Carmelitarum Discalceatarum convertit, annuoque reditu dotavit: Postmodum Episcopus Ostiensis nominatus, Divinum cultum Templo & Xenodochio ibidem extracto, Sacello Veletris ædificato & munificentissime exornato, Ecclesiis in urbe Carpentoractensi, Templo in monte Gargano dotatis, extractoque ac amplissimis proventibus pro octo puellis fundato Monasterio D. Dominici Bononiæ mirifice ampliavit: Postremo plenus dierum ac meritorum, postquam aperitissime, & sine ambage certam mortis suæ diem assignaverat, Romæ die tertia decima Martii octogenario major ad cælestem Patriam demigravit, non sine maximo piorum desiderio, & pauperum luctu; sepultus est in Ecclesia S. Lucie a se splendide, atque a fundamentis reædificata. Scripsit commentaria in Psalmos, & annotationes in Pentateuchum.